



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

VI Co[n]tra eos qui per fide[m] sola[m] absq[ue] bonis op[er]ibus
perigne[m] purgatoriu[m] salui esse credunt[ur].

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER TERTIVS.

ritus sustinebunt, vt quod in reprobis agitur discretiōe penarū, hoc in istis qui per ignem saluandi sunt agitur. Sed tanto illis minus vel maius ignis purgatorij extendetur supplicium, quanto hic minus vlt amplius bona transitoria dilexerunt.

Quod alij in hac vita pœnas purgatorias, alij post mortē patiūtur. Cap. V.

NOs quidē in hac mortali vita esse quasdam pœnas purgatorias confitemur, sed temporales pœnas. Alij in hac vita tantum, alij post mortē, alij & nunc & tunc. Veruntamen ante iudiciū illud verissimū nouissimūque patiuntur, non autem omnes veniunt in sempiternas, quæ post illud iudiciū sunt futuræ, qui post mortē sustinent temporales. Nam quibusdam quod in isto non remittitur, in futuro seculo ne eterno supplicio puniantur, remittuntur. Purgatorias autem pœnas nullas futuras opinentur, nisi ante illud vltimū tremendumque iudiciū, & ignē illū in quo omnes impij Christo iudicante mersuri sunt antecedant.

Contra eos qui per fidē solam absque bonis operibus per ignē purgatoriū salui esse creduntur. Cap. VI.

CReduntur à quibusdam & iam hi, qui nomen Christi non relinquunt, & eius lauacro in ecclesia baptizantur, nec ab ea vlllo scismate vel heresi precipiunt, in quatuor sceleribus viuunt, quæ nec diluantur penitendo, nec elemosynis redimantur, sed in eis vsque ad vltimū huius vite diem pertinacissime perseuerent salui per ignem futuri, licet per magnitudinē facino-

h v

HAY. DE VARIET. LIB

rum & flagitiorū diuturnorū mercantur eterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, licet catholici sint, tñ humana quadā bñuolentia mihi falli videntur. Ea em̄
Gala. 5. fides saluare pōt, de q̄ Pau. apost. ait: In Christo Iesu neq; circuncisio quidq̄ valet neq; p̄putiū, sed fides q̄ per dilectionē operatur. Si aut̄ male operatur, p̄culdubio fm̄ Iacobū ap̄lm̄ mortua est in semetipsa: qui
Iaco. 2. rursus ait: Si fidem dicat quis se habere, opa aut̄ nō habeat nunquid poterit fides saluare eū? Porro autē si hō sceleratus, p̄pter solā fidem per ignē saluat̄, & sic est accipiendū q̄d ait beatus Pau. apo. Ipse aut̄ saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Si poterit ergo saluare fides sine opibus, & falsum erit quod dixit ei⁹ coa
I. Cor. 3. postol⁹ Iaco. falsumq; erit & illud quod idē ipse Pau
I. Cor. 6. p̄: Nolite (inquit) errare. Neq; fornicatores, neq; idolis seruiētes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neque maledici, neq; rapaces regnū dei p̄ssidecunt. Si em̄ in istis perseuerātes criminib⁹, tñ prop̄ fidē Chrī salui erunt, quomodo in regno dei non erunt?.

Quod, qui p̄cenis purgatorijs sunt deputati pro eis in hac vita supplicante ecclesia expiatur.

Caput VII.

SPiritus illi qui non tam perfectē sanctitatē hinc exeunt ut ire in paradysum statim post dispositionē suorū corporū possint, nec tam criminosē ac damnabilē viuunt, ut ita in suis criminibus perseuerent, ut cum diabolo & angelis eius dānari mereantur, ecclesia pro eis hic efficaciter supplicante à p̄cenis